IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus dei gra
Rex Polonie Magnusdux Lituanie Necnon terrarum Cracouie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiauie Russie Prussie Culmen Elbingen Pomeranieq dus & heres Manifestum facimus hiis literis
nostris, Vniuersis & singulis quibus expedit quod cum ad regiam pertinet solerciam ita suorum subditorum curam agere & eorum vtilitates inuestigare, ut eorum commoda firma persistant et status eorum ser:
uetur illesus Quapropter dum nuper ex Magnoducatu Lituanie huc feliciter rediremus animaduertimus opidum nostrum Proschowycze in terra Cracouien situ ad magnam inopiam deuenisse & proinde
non paucas domus esse desertas et multo plures collapsas Habito ergo respectu inopie opidi predicti et opidanorum, Volensq de solita benignitatis nostre gratia, condicionem eius facere meliorem, in eo ipo o:
pido proschowycze tria fora Annua Vnum die Lune proximo post festum sanctissime & indiuidue trinitatis, Secundum pro festo Natiuitatis Virginis Gloriosissime Marie & tercium pro festo sancte
Barbare indicen et instituen duximus et presentibus instituimus perpetuis temporibus duratur, absq tamen preiudicio aliorum opidorum & Ciuitatum, ab omnibus hominibus cuiuscumq status, sexus & con:
dicionibus existentibus, more aliarum Ciuitatum et Opidorum celebran & exercen, Damus etiam & concedimus, plenam potestatem et facultatem omnibus et singulis vectoribus Mercatoribus & qui:
buscumq hominibus ad opidum predictum fori & nundinarum Causa, venien stan moran res & merces cuiuscumq generis valoris coloris & maneriei existant exponen venden emen res pro rebus per
mutan & alia mercature & negociacionis genera exercen atq inde ad propria redeundi nostra & subditorum nostrorum pace & libertate fulciti, nisi fortasse tales sint, quos iura non tuentur, & qui:
bus fidedignorum consorcia merito denegantur, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Actum Cracouie feria quinta intra octauas sanctorum trium Regum Anno do:
mini Millesimoquingentesimodecimooctauo Regni nostri undecimo Presentibus Reuerendis in christo patribus dnis Joanne Cracouien et petro premislien Epis ac Regni nostri Viceccancellario Necnon Ma:
gnificis Venerabilibus, & Generosis Spythcone de Jaroslaw Castellano Cristophoro de schydlowyecz Palat & Capitaneo Generali Cracouienbus ac Regni nostri suppremo Cancellario &c Nicolao de eade
schydlowyecz Sandomirien, eiusdemq Regni nostri Thesaurario Nicolao Jordan de Zaklyczyn Voynicen Castellanis Scepusien Oswyanczymen & Satorien Capitaneo procuratoreq Generali Crac
Joanne Carncowsky preposito Scarbimirien Andrea Crziczky Szreden & Canonicis Cracouiensibus secretariis nostris Aliisq multis aulicis & Cubiculariis nris testibus circa premissa sincere et fide:
libus dilectis Datum per manus suprascripti Magnifici Christofori de schydlowyecz Palat & Capit Cracouien generalis ac Regni polonie Cancellarii suppremi sincere nobis dilecti :~

Cristoforus de S. palat. et. C.
Gratis at R. p. Cancr.

Rl̃o Magnifici Cristophori de schydlowyecz Palat et Capit Cracouien &
Generalis ac Regni Polonie suppremi Cancellarii &c

pro annali foro seu nundinis

1518

foro et nundinis

Copiatū D. 6. Febr. 1798.

1510

Nayiaśnieyszego Krola Zygmunta.
Przywiley na Trzy Jarmarku na S. Troycę, na Narodzenie Nayswiętszey Panny y na S. Barbarę. Aō 1518. feria Sta infra Octavas SSS. Trinit. Regn.

Widziano w Biurze Podprefekta Powiatu Hebdowskiego dnia 19 Września 1815 Roku



Lipczynski
Sekr.